



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. VII. De Obligatione reliquorum Votorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

paniæ, & similiter ad alia Regna proro-  
gata. e Ac demum enixè commendatum e C. 6. D. 8.  
est Provincialibus, ut omnia tentantes,  
Seminaria juvent, vel iis applicando No-  
strorum legitimas, & similia Provincialis f C. 8. D. 60.  
dispositioni permiffa, vel contributione §. 3.  
aliorum Collegiorum. f

11. In univèrsum magnopere curet Pro-  
vincialis, ut bona applicata Societati cum  
ædificatione exigantur; potiùsque per Pro-  
curatores externos, quàm per Nostros. Ex-  
pedit quoque, ut ex his eleëmofynæ ali-  
quæ in pauperes ejus oppidi, ubi sunt bo-  
na, distribuantur; & ratio dati, & accepti  
talium bonorum scripto constet. §

*Ædificatio cu-  
randa dum exi-  
guntur.*

§ R. Prov. 89.  
& Or. c. 1. §.  
10.

SECTIO VII.

*De obligatione reliquorum Votorum.*

1. **C**irca Votum Castitatis jam dictum *De Votis Casti-  
tatis & Obe-  
dientia.*  
est, unà cum aliis esse Impedimen-  
tum dirimens Matrimonium, & de ejus  
Angelica puritate sectanda dicitur Part. 4.  
C. 2. Sect. 2. De Obedientia, quatenus  
præcisè Votum est, nihil occurrit peculiare  
hujus Instituti, quoad voti obligationem  
attinet; alioqui in Societate hæc virtus pe-  
culiari studio curanda est, ut infra Part. 4.  
Cap. 2. Sect. 3. referetur.

2 Su-

De quarto Voto  
ingrediendi So-  
cietatem.

2. Superest de promissione illa adjecta ingrediendi Societatem, quæ habet vim quarti Voti : & de hac præter dicta supra Sect. 3. §. i. dum explicaretur quid proponendum esset Novitiis in fine Biennii, sufficiat addere 1. obligationem extendi etiam ad Coadjutores Temporales. *h* 2. vi ejusdem, etiamsi præceptum Obedientiæ non superveniat, teneri unumquemque imperatum Gradum vel Professi, vel Coadjutoris Formati suscipere; & si non fuerit obsecutus, censendum in malo statu esse, atque ab Sacramentorum usu, & administratione excludendum. Non vetatur tamen proponere Superioribus rationes, consuetudo Societatis more, quas scriptas tradet; sed perstantibus in sententia parendum. *i*

*i* C. 5. D. 50.  
§. 1. & C. 7.  
D. 32. & Cl.  
C. 6. §. 9.

